

# TAUTOLOGIA DECIMA.

FAC CIBOS UT COMEDAM.

Genes. 27. 7.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

**B**REVIS huius Tautologici testimonij erit expositio, quippe ex præfatis haud difficile argumentum. Proponitur hocine capite articulus, sive occasio, qua amissa, amittebantur etiam primogenita promissa Iacobo, adhuc ex utero matris; cui consulenti Dominum de contentione conceptæ prolis, respondit: *Dua gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividuntur, populusque populum superabit, & maior serviet minori.* Ita Genes. 25. 23. Hæc primogenitura à maiore minori vendita, & modò industriâ Rebecæ nacta. Sic enim accipienda est *Benedictio* hic, non acceptionibus, quas signavimus *Tautol.* 3. per tot. Hoc in articulo dumtaxat de primogenitura fiebat quali possessio, dicebaturque *Benedictio*, tum quia patre volente fiebat solemniter, cum quia benedictione complebatur declaratio iuris pro auctoramine legitimæ successionsis.

Benedictio pro Primogenitura.

Zus Primogeniti ante legem latam in quæ

Chald.

1. Paralip.

Numer.

Aliquibus concessa Primogenitura privilegio.

Felicitas Genitivatis.

2. Ius ergo Primogeniti ante legem latam in multis præstantissimè eminebat. Erat enim Primogenitus princeps fratrum, ita ut nisi illius veniâ reliqui coram illo non sederent, & dum obviarent pro reverentia sese inclinarent. *Esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuæ.* v. 29. Benedicebatur etiam à patre, ut patet hic v. 4. singulari, decoraque veste utebatur, ut aliqui autumant, ex eo quòd Rebecca induit Iacobum *vestibus Esau* (primogeniti) *valde bonis, quas apud se habebat domi*; quasi primi nati insignie: estò aliqui Expositores haud infamè subfelliij, autument huiusmodi vestes esse sacerdotales quibus induit Deo victimas offerebant primogeniti. Consule Lyram, & Gloss. Magn. Quod usitatum etiam apud Græcos: igitur destinabantur vestes natu maioribus decora, & cultissimæ, ut sacra domestica facerent. Colligitur ex Val. Maxim. lib. 2. titul. de *Institut. antiquis.* Cedebant etiam primigenio post diluvium principatus, sacerdotium & duplex possessio. Græcè *Prototokja*, Prototocia, sicut primogenitus *Protogonos*, Cuncta hæc amisit Ruben, ut legit Paraphrasis Chaldaica ad illud Genes. 49. 3. *Ruben primogenitus meus, prior in donis, maior in imperio. Tuum erat (veritè) ut acciperes tres partes potiores præ fratribus tuis, Sacerdotium, Primogenituram & regnum, sed quia peccasti, data est Primogenitura Ioseph, Regnum Iuda, Sacerdotium Levi.* Primogenitura idest duplex portio Ioseph, acceptis ad possessionem terræ promissæ nepotibus Ephraim & Manasse, ex quibus dux tribus: ibid. cap. 48. Quod claret 1. *Paralip.* 5. 1. ubi: *Ruben fuit primogenitus eius, sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israël, & non est illi reputatus in primogenitum.* Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph. Regnum Iudæ celsissè constat præfato loco & Genes. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Denique Sacerdotium Levi, uti dicitur Numer. 3. 12. & 8. 16. *Ego tuli Levitas à filijs Israël pro omni primogenito, qui aperit vulvum in filijs Israël.*

3. Aliquando Dei speciali privilegio Primogenitura excellentiæ, prerogativæ, muneris & dignitatis concessa aliquibus post genitis, ut liquet in tribus relatis, in Iacob, in Salomone & Abrahamo, cui propter insignem fidem, cum fratres illius essent idololatra. Lucet allegoria pro Synagoga reprobatione, & electione Gentilitatis, ex qua veri Abraham filij: quapropter Servator N. Matth. 21. 43. ait: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Aptius sibi gratulari poterat Gentilitas de electione, quam Servius Tullus templum erigens Fortunæ, eò quòd ex captiva natus, regnum affectus est. Vide Tit. Liv. lib. 2. *Decad.* 4. Rosin. lib. 4. cap. 4. de *Antiq. Rom.* Dempster. hic & Alex.

& Alex. ab Alexand. *Genial. dier.* lib. 1. cap. 13. Ubi non unicum templum, sed plura Tullum, ut gratiam meriti ferret, dicasse fertur. *Quam quidem* (inquit) *ita cumulatissime retulit, ut non una eade illam recepisse, aut consecrassè satis fuerit.* Aptius, inquam, quippe Gentilitas regina ex captiva facta, ut vidimus *Tautolog.* 8. *Didasc.* 6. num. 3. contrivit idola, & toto terrarum orbe Deitati cognita: erexit devotissimè templa.

Ex serora regina facta.

4. Post legem Scriptam Primogeniti ducti in templum redimebantur quinque scelis, ut dicitur *Exod.* 13. 13. & *Nam.* 18. 16. etiam gaudebant duplici portione, sicut præcipitur *Deuter.* 21. 17. *Agnoscat primogenitum, dabitque ei de his que habuerit cuncta duplicia.* Quo intelligitur illud *Isai.* 61. 7. de Gentibus ad fidem conversis, quæ opprobrium abundantibus, & despectio Hebræis lege superbis: *Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt:* Vide Iosephum lib. 4. de *Antiq.* cap. 6.

5. Apud Profanos magus etiam Primogenitorum honos, igitur fors Primogeniti ingens inter bona fortunæ. Hinc eius epitheton, *Fortunia primigenia*, ut videris apud Livium, & Alexand. ubi supr. Cicer. lib. de *Legib.* Plutarch. in *qq. Roman. centur.* seu *Problem.* 74. & 106. Constat ex Scriptura quanti apud aliquas Nationes primogenitura fieret. Apud Ægyptios, *Exod.* 12. 29. Apud Moabitæ, 4. *Reg.* 3. 27. De alijs Gentibus referunt Auctores: de Albanis, Dionysius Halicarnass. lib. 1. cap. 7. de Lacedæmonibus, Herodotus in *Terpsichor.* de Atheniensibus, Paulanus in *Attic.* de Rhodijs, Diodorus Siculus, lib. *Biblioth.* 6. cap. 13. de Macedonibus, Tit. Liv. lib. 10. *decad.* 4. de Persis, Plato in *Alcibiad.* & Plutarch. in vita *Artaxerx.* de Arabibus, Strabo in *Geograph.* lib. 16. de Phœnicibus, Pausanias, & Mesopotamis, Iustinus lib. 34. & Luc. Florus lib. 46. de Parthis, idem Iustinus lib. 41. de Germanis, Cornel. Tacit. de *German. morib.* de Numidis, Tit. Liv. lib. 9. *dec.* 5. de Troianis, Herodotus in *Euterp.* & Donatus in illud Virgilij lib. 1. *Æneid.* v. 657.

Fortuna primigenia.

Magnè bœbita primogenitura apud Varias Nationes.

Virgili.

*Præterea sceptrum Ilione quod gesserat olim Maxima natarum Priami.*  
Apud Euripidem in *Iphigenia in Aulide*, ita eam leges alloquentem Patrem:  
*Prima te vocavi patrem, & tu filiam me:  
Prima verò tuis genibus corpus dans meura,  
Cratas ipsius exhibui, & vicissim accipi.*

Virgili.

Euripid.

6. Quid quod magnò ita estimaverunt ab hominibus, ubi ut plurimi Primigenia haberent, sic de Dijs & Deabus? Homerus *Iliad.* 14. Iunonem magni Saturni vocat maximam natu. Et Ovidius fingit sibi ita blandientem, & gratulantem, lib. 6. *Fastor.*

Euripid.

Dij Primogeniti quid?

*Est aliqui nupisse Iovi, Iovis esse sororem:  
Fratre magis, dubito, glorior anne viro.  
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem  
Feci, Saturni fors ego prima fui.*

Iuno. Ovid.

Aræ etiam erecta describitur à Pausania in *Attic.* Proterpine *Protogones*, idest, primogenitæ; & Orpheus in *Hymn.* Priapum *Protogonon* appellat. de quo Nos *Tom.* 5. *Tautolog.* 3. latè agemus ad illud *Eccli.* 24. 5. *Primogenita ante omnem creaturam.* Homerus *Iliad.* 13. ita loquitur de Iove, & Neptuno fratribus:

Proserpina, Priapus, & Iupiter.

*Verè quidem utrique unum genus, & una patrias  
Sed Iupiter prior generatus erat, ac plura norat.*

Homer.

Ride ergo. Aliquid ex his nihilominus claret ponderis & momenti Primogenituræ.

7. Apud cunctas Nationes huiusmodi fors felix. *Primogenitis* (ait Chrysothomus *Homil.* 5. advers. Iudzos.) *posterius genitis honorabiliores esse oportet.* Claves, anulum & insignia domus primogenitis tantum credebantur, igitur sæpe successores.

Chrysoth.

Prærogative Primogenitorum apud Ethnicos.

*Quod patrio princeps donarat nomine Regem.*  
Canit Lucretius lib. 3. de *Rer. natur.* qui locus ita illustratur à Turnebo in *Advers.* lib. 19. cap. 16. *Non sine causa dictum putamus: nam Primogenitis magna tribuebatur prerogativa, à quibus primis Patres vocabantur.* Æschines in *Demosthenem*: *Ten mounen d' d'ileos Ke proten auton patera prospusam apolejas.* Nisi eorum moribus esset Primogenitis magnus honos delatus; nunquam id orator tam invidiosè *Demostheni obiectisset.* Catullus in *Argonautis*

Lucret. Vocabantur Patres. Andrad. Turneb.

*Optavit genitor primævi funera nati  
Liber ut insupta potiretur flore novæcæ.*

Catull.

*Primævi enim dicit, ut magnitudinem sceleris demonstraret.* Eoque intuitu Virgilius mortem lamentatur Almonis, lib. 7. *Æneid.* v. 531.

*Hinc iuvenis primam ante aciem stridentem sagittæ*  
*Tom. II. Taut.* xxx 2 Næ-



Virgil.

Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus Almon,  
Sternitur: hæsit enim sub gutture uulnus.

Successores  
Regni,  
2. Paralip.

Post genitum  
hæreditas  
ex quo

8 Primogenitus ergo frequenter concedebatur principatus exclusis postgenitis, quod patet Iudic. 8. 22. *Dominare nostri tu, & filius tuus, & filius filij tui*; ut esset agnatio rigorosa. Post vero genitis alia concedebantur dona, ut constat fecisse Iosaphat, 2. Paralip. 21. 3. *Omnes hi filij Iosaphat Regis Iuda. Dedit uo eis pater suos multa munera argenti & auri, & persitationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioram, eò quod esset primogenitus.* Hinc qui succedit in regno uocatur in Scriptura *Unicus, & Unigenitus*, ut uidimus in *Exposit. litter. Tautol.* 5. 15. usque ad 20. quippe etiam sunt alij, ad regnum hereditandum ipse solus: quo sensu etiam dicitur *Secundus*, idest, hæres: uti uidimus Iob. 1. & cancat Statius lib. 1. *Thebaid.* v. 142.

Hac mora pugna  
Sola nec in regem perduratura secundum.

Plat.

Allij alijs ditabantur. Sanxit etiam lib. 11. de *Legib.* Plato dicens: *Qui liberos habet & testamentum conscribit, primò hæredem de filijs unum, quem dignum putauerit, conscribat: & si filiorum aliquis superest, nulla hæreditate munitus, quem secundum legem in coloniam sperat profecturum, huic liceat patri de alia pecunia, quam uelit, legare.* Ideo posterius genitis delignantur alimenta. Consule si plura desideras, Bartul. & Bald. in d. *Leg. Procurator.* Philip. *Dec. consil.* 453. Franc. Curtium seniores, *consil.* 67. Guil. Montieratum, tract. de *Success. Regum.* latissimè Andr. Tiraquell. & Ludovic. Molina de *Primigenijs*, & Card. Tusch. *tom. 6. conclus.* 651. & seqq. Ita igitur factum ab Isaac cum Esau, uti dicitur hic à v. 36.

9 Ut ergo primitiua, seu ius primogenituræ arripere Jacob, quod negauerat natura; adiutus fuit industria, seu diligentia materna, ut late dicitur hic, Isaac ut aliquam commodam occasione haberet in benedictionem Esau, præcepit filio, illicò venatum abire, ut aliquod palato sensu uolupte ferret, & tunc quasi obsequio benediceret: quod escis optimis præuenit coniux, utriusque genitrix, quippe audierat virum dicentem filio: *Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, ut comedam, & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar.* Plures sunt senectutis ærumnæ, uti uidimus *Tautolog. præc.* in *Litt. Exposit.* num. 1. Unde Comicus (igitur senium vitæ vespera, occasus vitæ, mala ætas, morbus insanabilis, quia irrevocabile tempus) iure ait.

Senex nec  
sentis, nec  
sapit

Euripid.

*Senex, nec sentis, nec sapit.*  
Floridè expræsit Berzella 2. Reg. 19. 35. (cùm David inuitaret in Regiam Ierusalem, urbem cuncti decoris, gaudium uniuersæ terræ) *Octogenarius sum hodie (inquit) numquid vigent sensus mei ad discernendum suauem, aut amarum? Aut delectare potest seruum tuum cibos, aut potus? Vel audire possum ultra uocem sanctorum atque cantatricum?* Signavit etiam Salomon Eccl. 12. & metricè Mariana sic:

Senectutis  
ranna.

Marian.

*Vade, Deumque prius collo, aspera quàm occupet ætas,  
Anni, cùm dicas: Non mihi vita placet,  
Mutentur tenebris tua claraque lumina cæli:  
Quolibet ex sensu fors pituita fluat.  
Custodesque domus palme tremula efficiantur.  
Vacillent postes, utraque crura tremant.  
Primores dentes numero minuantur & usu  
Caligoque oculis incidat atra tuis.  
Claudenturque fores, vetulus non ibit in urbem:  
Nec pedibus vires potus & esca dabunt.  
Somnus erit facilis, garritu suscitatur ales:  
Nec dormire potest, nec vigilare iuvat.  
Ad cantus placidos lingua impediuntur, & aures:  
Surdumque & rauum præua senectæ facit.  
Nil cupiunt, gratumque est, horrent cuncta: propinqua  
Horæ fatalis qua in dicitur esse solent.  
Ad funus properant, busto clauduntur in ævum,  
Præfata deplorat. Tu cole amice Deum.*

Expositio  
prima.

10 Modò proclivè intelligitur testimonium. *Faci cibos ut comedam*: Hebraismus est: & alijs in locis, uti *Ioan.* 6. 52. & 2. *Cor.* 9. 10. etiam Helenismus. *Cibos, ut comedam*: idest, qui facile, quia sapidi, possint edi: haud quia cibus sit aliò, quàm comestioni, sed quia

quia senes laborant fastidio, vel ut comedant, indigent condimento. Quare Isaac qualitate ciborum à filio petit, ut sine tædio, aut labore possint in stomachum mitti: igitur elca si non facilis, aut tenera, à senibus non comeditur, sed deglutitur. Hinc facilis grata, & maximè minuta, quippe ut dicitur Eccl. 12. 3. *Otiose molentes in minuta numero*: hoc est, dentes molares. Quæ difficilè manduntur, ægris & senibus apponi otiosum est; cum conterere nequeant, & tunc ieiunantes comedant.

Non hic cibus utilis egro.

Dixit Ovidius lib. 3. *Trist.* Eleg. 3. de quo vide Celsum lib. 2. cap. 17. Quapropter Isaacus senex & æger dicit filio: *Cibos ut comedam*: siquidem ni faciles, & sapidi, præ senectute esò gustem aut prægustem, non comedam. Quapropter Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* v. 623.

*Hæc ubi lævia sunt manantis corpora succi,  
Suauiter attingunt, & suauiter omnia tractant  
Humida linguis circum sudantia templa:  
At contra pingunt sensum lacerantque cõrta  
Quanto quæque magis sunt asperitate repleta.*

11 In Scriptura, uti monui *Tom. 1. Tautolog.* 5. num. 13. & hic 2. num. 14. sæpe actus secundus sumitur pro primo, siue actio pro potentia. *Virum non ednoisco*: nempe, non possum cognoscere. *De fructu lignorum, qua sunt in paradiso vescimur*: hoc est, possumus vesci. Vide alia locis cit. Quo sensu sæpe dicitur: *Hoc vel illud non comedit*: idest, non potest comedere, vel quia displicet, vel quia nocet, vel denique quia nequi mandere, aut in ventriculum mittere: Quo intuitu Lucretius ubi supra v. 631. non volup tati, sed sanitati consulens, subdit:

*Nec refert quoquam quo victu corpus alatur,  
Dummodò quod capias, concoctum didere possis  
Artibus, & stomachi humectum seruare tenorem.  
Nunc alijs altius sit cibus.*

Pariformiter in præfatiarum dicitur à Patre Esau: *Fac cibos ut comedam*: nimirum, quæ grati esui, amabilia stomacho, sicut velle me nolli, quippe ni sic, comedere non potero & qui non possunt comedi, non sunt cibi, sed pictura adinstar dapium, uti Eliogabalus apponebat, epulonibus: refert Lamprid. Mensa utique Tantali, vel Caligulæ ubi cuncta ferula ex auro, vel demùm Mida donum ingratum, utpote propulsans ex dapibus fructum. Describit eleganter Ovidius lib. 11. *Metamorph.* Fab. 3.

Cibus seni-  
bus qui de-  
licatus.

Ovid.

Exposit. se-  
cunda.

Attus secun-  
dus pro pri-  
mo.

Pisa dapes

Mida ianti  
le donum.

Ovid.

Senibus fa-  
cilius cibos.

Qua in  
communi  
pastum vo-  
cantur vitia

Senec.

Virgil.

Ee.

12 Delicetam, sapidam & facilem escam desiderabat senex, ut illa pasci, nutririque possent. Solida non poterat edere præ gravi senectute, unde illi grata quæ ad modum pulmenti, sicut dicitur v. 4. Quare Iacobum iubet Rebecca, afferre hædos optimos, ut faceret seni escas, additque: *Quibus libenter vescitur.* v. 9. Favent lectiones. Septuag. *Faci mihi escas, sicut amo ego.* Chald. *Sicut dilexi.* Oleari. *Quid sapidum*: lautum tum suoapte sapore, cùm embammate, siue condimento, gratum palato. Quæ frequentiora edulia, vilia dicuntur & communia. Iuuenius de *Evangelio. hist.* v. 651.

Nec faciles vitæ agræ disquirite curæ.

*Pectora pauper secunda gerit,  
Tenet è patula pocula fago,  
Carpit faciles vitæque cibos.*

Canit Seneca in *Hercul.* Octavo, Act. 2. v. 652. Virgil. lib. 3. *Æneid.* v. 649.

*Vitæum infelicem baccas, lapidosaque corna  
Dant rami: & vulvis pascunt radicibus herba.*

Boëtius de *Consolat. Philosoph.* lib. 2. Met. 5. v. 1. accinit:



Felix nimium prior aetas  
Contenta faelibus arvis  
Nac inerti perditas, luxur:  
Facilli qua sera solebat  
Ieiunia solvere glande  
Nec bacchica munera norat  
Liquido confundere melle,  
Nec lucida vellera Serum  
Tyrio miscere veneno.  
Utinam modò nostra redirent  
In mores tempora prisca!

Et denique Ovidius lib. 13. Metam. Fabul.8.

Ipsa tuis manibus sivestri nata sub umbra;  
Mollia fraga leger, &c.

Ovid.

Tertia expo-  
silio.

Petit ab Esau aliquid exquisitum, singularare, ut aliquo speciali obsequio quasi mereretur benedici.

Quid cibum,

esca, vitium,  
epule, &  
dapes

13 Ut ergo ad reliquarum Auctoritatum, & præcæta amplio- rem expositionem deveniamus, quid diversis vocibus significatur, sciendum. Hidorus lib. 20. Etymolog. cap. 2. ait: Cibus dicitur, quia capitur ore: sicuti Elca, quia tam os capit. Victus proprie vocatur, quia vitam retinet: unde, Ad cibum vocare, Invitare dicitur. Alimonia, id quod eius sumptu corpus alatur. Hanc juvenes accipiunt ad incrementum, senes ad perseverantiam. Epullæ ab opulentia rerum dicitur. Epula autem simplices in duo necessaria dividuntur, panem & vinum: & in duo superflua, quæ terra & mari vescendi causâ exquiruntur. Dapes autem Regum sunt: Epulæ privatorum. Variè loquuntur AA. igitur Dapes quasi magnifici & opipari cibi, & laute fercula elca, & epule verò, quæ in quotidianum usum alimenta parabantur: nihilominus tamen passim invenitur acceptio contraria, igitur dum exprimerè volumus regium convivium, Iovis designamus epulum. Donatus in illud Terentij in Andriâ Act. 1. Scen. 1. v. 48.

Terent.

Lana ac telà victum queritans.

Inse: Cibus enim est, qui etiam delicatis præbetur. Victus in parvis, aridisque alimonijs est constitutus. Modestinus in Leg. Cum quidam D. de supellect. Leg. Victus (ait) sumitur pro omni, quod vita servit, id est pro esu, potu, & cultu. Verum hoc congruit tantum, ut constet, quid pro Alimenti legatis intelligi debet: de quo apud Iuriconsultos. Lege si lubet Ulpian. l. 45. de Verb. signif. Caium l. 234. de Verb. significatiois & Caspar. Barthium lib. 10. Advers. cap. 1. ubi plura florida invenies.

Modestini.  
Quid sint  
alimenta

14 In testimonio Cibus accipitur pro alimento corporis, haud latè, quatenus de re propria, ad improprium usurpatur; quòd novum non est, neque apud Ethnicos, neque apud Sacros. Plautus in Audular. Act. 3. Scen. 6. v. 1.

Plaut.  
Comederet  
bibere, pro  
Audire, vel  
Intelligere.

Nimium lubenter edi sermonem tuum.  
Hoc est, Audivi. Ideo addit: Ain: Audivi si? Usque à principio omnia: respondit. In Penulo Act. 5. Scen. 4. v. 2. Oculis epulas dare. in Mostell. Act. 5. Scen. 1. v. 15. Gustare ego eius sermonem volo. In Asinar. Act. 3. Scen. 3. v. 59. Satis locuti. Afsultate, atque operam date, & mea dicta devorare. Denique falsè in Cistell. Act. 4. Scen. 2. v. 53.

Idem.

Mi homo, obsecro, alias res geris, ego tibi meas res mando.  
Istud ago, atque istud mihi cibus est.

Id est, ex hoc maxima mihi voluptas. Hispan. Esta es mi comida. Vide de forma huiusmodi locutionis Meursium, Graterum, & Casaubonum, Virgilius lib. 4. Eneid. v. 359.

Pro animi  
voluptate,  
Virgil.

Vocemque bis auribus hausi.  
Hauti: putà, vocem perfectè audiui. Quem secuti sunt Horatius lib. 2. Carm. Od. 13. v. 32. Bibi aure vulgus. Propertius lib. 3. Eleg. 6. Ovidius lib. 3. Trist. Eleg. 5. & lib. 6. Metamorphos. Fabul. 7.

Propert.

Nunc mihi, si qua tenes, ab origine dicere prima  
Incipe: suspensis auribus ista bibam.

Ovid.

Et lacrymas cernens, in singula verba cadentes,  
Ore meo lacrymas auribus illa (verba) bibi.

Pro appeti-  
tu.

Artius in Asphyanaete, & Martialis lib. 9. Epigram. 60.  
Omnia pro stimulis, facibusque ciboque furoris.

Prinse.

Priusquam infans facinus oculi vescantur tui.  
Inspexit moles pueros, oculisque comedit.

Iunius Iuvenalis Satyr. 9. v. 113.

Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem.

Cicero lib. 2. ad Attic. Epist. 14. Fac venias ad sitientes aures. Varro apud Nonium in Ebrios, in se: Et alteri fratris auribus dape, atque ebrisjs. Frequenter dicitur Vescitur auri, pro Vano, & gloriolæ cupido: Sitire divitias, pro Avaro: Flammam devorare ligna, pro Consumere, & sic alia.

15 Quæ quidem etiam nota in Sacra pagina. Animam sitire: Psalm. 41. 3. 62. 2. pro summo desiderio. Animam nauseare: Numer. 21. 5. pro extremo fastidio. Ita Psalm. 16. 16. Satiabor, cum apparuerit gloria. Psalm. 35. 9. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. March. 5. 6. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Itai. 9. 5. Cibus ignis. Proverb. 10. 4. Ose. 12. 1. & Ierem. 22. 22. Pasci & pascere ventos. Ita reliqua: quo intelliges illum Hebraismum apud Ioann. 4. 32. Ego cibum habeo manducare: id est, ut subditur v. 34. Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius. Quasi diceret: Cibum offeris, cibum habeo iucundiorè, dulciorem, & voluptuosi saporis, scilicet voluntatem Patris cœlestis in conversione peccatricis. Quare Syr. legit: Est mihi cibus, quem non nostris. Præcepta Domini dulciora dicuntur super mel & favum: Psalm. 18. 11. & Ierem. 15. 16. Inveni sunt sermones tui, & comedi eos: & factum est mihi verbum tuum in gaudium & letitiam cordis mei. Pro materia quam continet periodus intelligenda est comestionis locutio. Mors depascet: id est, morientur. Ignis devoravit eos: host est, ulli mortui sunt, &c.

16 Metaphoricè tantum, seu translativè intelligendus est cibus in his & alijs testimonijs: dum verò proprie, Manducare cibum, seu Cibus ad manducandum, intelligitur ali cibo, vel nutriti alimento. Haud quia alimentum habeat alium usum, cum cibi creati, ut edantur, & esu nutriant; sed quia cum manducatio, vel sumptio materiæ in cibum (quippe inter animalia, & in individujs eiusdem speciei pro diversitate ætatis & complexionis, ut lib. 1. de Natur. Deor. observat Cicero. Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt) actio fit recipientis animalis in Romachum; actio ipsa sumitur pro subiecto actionis, ut latè egimus in Prolog. Galeat. 3. 4. num. 10. Unde Hispan. dicitur: Si tenemos qui comer: pro si cibaria, vel alimenta habemus.

17 His ergo præmissis, discriminatim auctoritates Tautologica exponuntur. Cibus autem tuus, quo vesceris, &c. id est, quo vitam nutries. Pluit illis Manna ad manducandum. Hoc est, Dedit eis in escam Manna. Idem Ioan. 6. 52. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum: Nimirum ut manducemus eius carnem. Ubi ovarare potes escam exprimi per actionem. Non dicitur, Quomodo caro in escam, vel Manna in alimentum, vel hoc aut illud in cibum; sed Ad vescendum, Manducandum. Ita 2. Cor. 9. 10. Panem ad manducandum præstabit. Ioan. 4. 32. Cibum habeo manducare. Genes. 28. 20. Panem ad vescendum. & Exod. 16. 15. Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Ubi, ut vides, solummodò exponitur exercitium, sive dispositio ad nutritionem per actum masticationis, in quo summa voluptatis (igitur ut canit Lucretius lib. 4. de Rer. natur. v. 629.

Voluptas est è succo in sine palati:  
Cum verò deorsum per fauces præcipitavit,  
Nulla voluptas est, dum diditur omnis in artus.)  
Quod dicitur Comestio. Unde Oleaster hic pro Iste panis ad vescendum: legit, Vir ad os comedere sit. Id est, ad os applicare; designata esca actione sive usu comestionis. Ita Plautus in Menachmis, Act. 2. Scen. 2. v. 1.

Bene obsonavi, atque ex mea sententia  
Bonum anteponan prandium pransoribus.  
Nimirum invitatis ad prandium. Quare dum dicit Isaac: Cibos ut comedam; idem est, ac Nutriat singulari, lauto, haud communi cibo: igitur ut supr. Hidorus: Victus dicitur, quia vitam retinet: & Ad cibum vocare, invitare: quem accipiunt iuvenes ad incrementum, senes ad perseverantiam.

18 Niper Manna ad manducandum, intelligere velis panem præstantissimum: quapropter dicitur demonstrativè: Iste panis ad vescendum. In escam datur à Domino non tantum Panis, sed Iste. Refert, quo victu corpus alatur. Non qualis qualis est panis, sed Iste, videlicet, Manna. Panis de cœlo, omnis esca, omne delectamentum, omnis saporis sua-

Artius.  
Martialis.

Et satietate

Quomodo  
comedere &  
bibere intelli-  
genda de  
anima?

Comestio in  
telligenda  
prent mate-  
ria comestio-  
nis.

Quid est ci-  
bus ad man-  
ducandum?

Cicero.  
Actio pro  
subiecto  
actionis.

Ezech. 4.  
10.  
Psal. 77. 24

Exercitium  
pro materia  
in qua.

Lucret.

Oleast.

Plaut.  
Quarta Ex  
positio.

Psal. 77. 24  
Exod. 16.  
15.  
Manna pa-  
nis præstan-  
tissimus.



vitas, cunctas continens delicias: uti dicitur Sapient. 16. 20. & Psalm. 77. 24. 25.

Quid referam innumeris caelesti pane catervas, Angelicos sumpsisse cibos, nymphisque superni Nectaris, aëria populum dulcedine pastum, In plumis habuisse dapes, & in imbribus escas.

Sedul.

stabilis

Cur dicitur esca Anglorum, & panis de caelo

Angelicum, id est univale

Caelum pro aere.

Lucret.

Adiectivum pro adverbio.

Manna symbulum conceptionis Christi, & Eucharistia.

Alcim.

Avit.

Tertul.

Quinta Expositio.

Hypallage in Scriptura.

Ovid.

Finis pro actione.

Staccine apte Sedulius lib. 1. de Miracul. Christ. v. 148. Iccircò hic Psalm. 77. cit. & Sapient. 16. ubi Manna plauditur Panis & esca Angelorum: Maluend. Panem Pennigerorum. Chald. Cibum de habitaculis Angelorum. Apollin. Angelicum convivium. Hieronym. Triticum caeli. Moure: Cibum Heroum. Alij apud Hæye in Bibl. Maxim. legunt: Cibum Fortium, Magnificorum, Robustorum: diciturque ob præstantiam saporis, & suavitatis Panis Angelorum, haud quia Angeli cibo pascantur (Cum essem vobiscum, dixit Raphael Tob. 12. 18. 19. videbar quidem vobiscum manducare & vivere, sed ego cibo invisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Angeli incorporei sunt: satiantur in gloria visione Dei. Semper vident faciem Patris) sed quia apud Hebræos quod mirabile est, dicitur Angelicum. Esth. 15. 16. Vidi te domine sicut Angelum Dei: id est mirabilem. 1. Cor. 13. 1. Si linguis hominum loquar, aut Angelorum. Q. d. labium electum, & linguam præstantissimam: sicut Latini ferè, Vultus & Os Angelicum, pro summa speciositate. Vel quia Angeli si esca indigerent, non aliâ pascerentur. Manna panis erat, qui descendebat de caelo, id est de aère, uti diximus Tom. 1. Tautolog. 1. num. 23. & Tautolog. 2. num. 30. & astruit Lucretius lib. 4. de Rer. natur. v. 139.

Constituuntur in hoc caelo, qui dicitur aër. Quapropter Assertor N. dicit Hebræis Ioann. 6. 32. Amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum. Nimirum, verè de caelo; quia Manna erat, & descendebat ab aère: Christus verò, quia filius Patris, erat panis vivus, qui verè descendit de caelo: Panis enim Dei est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo: v. 33. Hinc signanter v. 58. dicitur Hic panis: quasi præitans, & mirabilis, igitur sub panis specie, corpus suum traditurus erat in cibum hominis. Quare analyticè dixit v. 51. Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Aliam insignem allegoriam delicat Alcim. Avitus lib. 5. Genesios v. 453.

Dum sacrum populo victum, candentia Manna Ferrent, & caeli frugum terrena viderent, Mystica qua longè prædiceret ante figura, Virginæ ex utero puro sine semine, Christi Edendum, nobisque aliquando corpus edendum, Quas caperet pascendus homo, de sede superna Illabente Deo, sanctis altariis escas.

Et Tertulianus lib. 4. Contr. Marcionem, succinè: Carnis & arna typum Domini fert aurea plena, Fuderis ipsa novi Dominum declarat aperte Manna, quod est panis caelestis verus, in illum Traditus à Patre, quem tribuit pro pignore sanctis.

Iccircò panis hic singularis, & esca inexperiti saporis. Panis hic caelestis, nobilior dapibus cunctis: etenim licet excogitetur plus & plus, nihil licet panis hic. Pariter Isaac in cibo desiderabat aliquam singularitatem, vel suavitatis saporem, ut possit voluptuosè edere, & latus cibo & potu, primigenium benedicere.

19 Etiam huiusmodi testimonium interpretari quimus per Hypallagen qua figura nomina commutantur. Plura diximus hic Tautolog. 7. in Exposit. litt. num. 28. alia etiam apponam. Ioann. 11. 13. Illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret: id est, de somnodormitionis. Psalm. 106. 7. 36. Ut irent in civitatem habitationis: hoc est, ut habitarent civitatem. Ibid. 37. Seminaverunt agros, & plantaverunt vineas, & fecerunt fructum nationis: videlicet, collegerunt natos fructus. Idem Sapient. 16. 26. Etiam profani Ovidius lib. 14. Metam. Fab. 5. de Circe:

Miseri tosti inbet bordæ grani. Nimirum, grana hordei. Sic alij passim. Haud aliter expositio fiet harum auctoritatum Panem ad manducandum: putà, ut manducem panem. Panem ad vescendum: ut vescar panem. Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandum? Q. d. ut manducemus: cui cogitationi favet contextus: igitur subdit Christus v. 53. Nisi manducaveritis carnem filij hominis, &c. & patet principali testimonio: Cibos, ut comedam. Ioann. 4. 32. Ci-

bum habeo manducare. Unde Æthiop. in loc. Pauli præfat. 2. Cor. 9. 10. Panem ad manducandum: legit. Dat panem in escam. & Perit. in illud Carnem ad manducandum: veritè, Carnem suam, ut comedamus. Ita, Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum: id est, ut vescamini illo pane.

20 Aliter potest Hebræismus explicari per Metonymiam, quo schemate causa exponitur pro effectu: tuncque Comedere significat Vivere: transgere vitam: Hispan. dicitur: Para passur. Hinc ad manducandum, ad vescendum: id est, ad vivendum, siquidem animal sine nutrimento, sicut lampas sine oleo, & sine famite ignis. Qua de causa Panis, quo signatur omnis esca, ut dicemus num. seq. in Scriptura dicitur vita: Baculus: Ezech. 4. 16. Robur: Isai. 3. 1. Confirmatio: Psalm. 103. 15. Firmamentum. 104. 16. Quare, Fac cibos, ut comedam, idem erit, ac Cibos ut vivam: nimirum, amplius, igitur carnes maxime altissimâ siccitate protrahunt vitam: quo intuitu aliqui Porcentes, quorum ferè Deus venter est, alitibus alitis viperis vescuntur. Vita Troglodytarum diuturna describitur, haud alia de causa nisi quia serpentes vorant in cibum, de quo Plinius lib. 5. cap. 8.

21 Multoties huiusmodi formæ loquendi Ad vescendum, Ad manducandum additur Panis: quippe panem in Scriptura nomine Panis intelligitur cuncti genus esculenti & poculentii. Ideo Pan apud Græcos, id est, omnia, vel totum. Apud Ethnicos Paa accipiebatur tamquam totius naturæ Deus, & symbolum Universi, ut observat Vincent. Cartbarius in Iove fol. 89. Psalm. 71. 6. Erit firmamentum in terra &c. Rabb. Salomon. Arias Montan. & alij: Erit frumentum. Clarus constat 4. Reg. 6. 22. Ubi Regi Eliseus dixit: Pone panem & aquam coram eis, ut comedant, & bibant & vadant ad dominum suum: subditurque v. 23. Appositaque est eis ciborum magna preparatio, & comederunt, & biberunt. Ita igitur intelligitur scripturæ Panis in Scriptura, qua usquequaque Ponere buccellam panis, Comedere panem, Genes. 17. 5. 31. 54. Exod. 18. 12. Job. 41. 11. & pluribus alijs in locis. Quo intelliges locum difficilem Genes. 39. 6. ubi de hero Iosephi dicitur: Nec quicquam aliud noverat, nisi panem quo vescabatur. Nempè, illi nulla cura, servo Iosepho, nisi de cibo & potu. Apertus dicam nostratum dialecto: De su casa no sabia mas que comer. Sicut de hoc, quia omnia penes servum Iosephi, dicitur ignorare quid haberet in domo; ita de homine escis farnato dicitur: Stultus cum saturatus fuerit cibo.

22 Ita intelligitur absolute Panis, id est delicatus, non verò cum dicuntur Cibaria, vel Panis cibarius: igitur tunc signatur panis secundus ad familiæ victum, & minime victus ex pane in deliciis, sive oblectamentum. Panis cibarius dicitur panis, qui fit ex farina secundaria: ait Gevherthardus Elmenhorstius in lib. 8. Metamorph. Apuleij. Cicero lib. 5. Tusc. qq. Ptolomeo cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Hieronym. Epist. 2. ad Nepotian. Cibario pane rugientem satiare ventrem, & ad Salvinam: Vile olusculum, & cibarius panis: igitur ad cibum servis dabatur, vel in vincula detrusus; qui quidem panis dicitur 3. Reg. ult. v. 27. Panis tribulationis, & Isai. 30. 20. Panis arctus: sicut contra ubi panis primus ex polline, vel ex similagine, dicitur pinguis, vel deliciosus. Genes. 49. 20. etiam cibus delicatus Cibus regius 2. Reg. 11. 8. & Daniel. 1. 13. 15. Quo intelligitur illud Isai. 62. 29. Comeditis vescentes. Id est lautè & abundanter, & quicquid volueritis. Ideo additur, & saturabimini. Hoc enim indicat germinatio vel eodem verbo, vel distincto idem significante. Genes. 2. 16. Ex omni ligno paradisi comedit. Hebr. & alij plures legunt: Comedendo comede. Hoc est quicquid & quantum volueris, & placuerit. Deuter. 8. 10. Cum comederis, & saturatus fueris. Sic alia. Ita hic Comeditis vescentes: id est quantum, & quod desideratis, quippe mensæ veltræ in epulum, quasi promptuarium plena eructantia ex hoc in illud. Modò ad singula.

23 Fac. Tu qui benedicendus es. Id est, para ex venatione aliquid, sicut v. 3. Sume arma tua, pharetram & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderit, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & offer ut comedam. Actus inchoativus, non perfectus, eodem modo quo subinde de Isaac dicitur v. 23. Benedicens ergo illi, ait. Hoc est, preparans se ad benedicendum filium. Ioann. 13. 27. Quod facis, fac citius: id est, quod disponis, cogitas, molirive facere, fac. Genes. 20. 9. 10. Quid fecisti nobis: Qua non debuisti facere fecisti. Russisimque expostulans ait: Quid vidisti, ut hoc faceres? Ita Plautus in Pseudol. Act. 1. Scen. 3. v. 49.

Facite, coquite, sifinate Unde illud priscum: Dij faxint! Dij melius faciant. Id est, disponant. Aliqua de verbo Facio dixi Tom. 1. Tautolog. 3. in Exposit. litt. a num. 4. ulque ad 9. que tu videris.

24 Cibos. Haud communes, sed lautos, delicatos præ vulgaribus sapidiores. Tom. II. Taut.

Sexta Expositio.

Septima Expositio.

Esca pro vita.

Panis pro omni victu.

Pan id est, omnia. 4. Reg.

Panis pro convicio. Genes.

Prov. 10. 21.

Panis cibarius. Geveth. Cicero. Hieron.

Cibus regius.

Isai. 1. 16.

Facere præ inchoare.

Genes.

Plaut.



Quando olim frequentiora conviciat Alap.

Frequenter igitur extra communem escam mensis aliquid apponebatur ob insignem victoriam, ob aliquod nactum munus, felix nantium, natiuitateve in familia successoris, & etiam in die ablationis infantis. Gen. 21. 8. Esth. 3. 15. 8. 17. 9. 9. Iudith. 16. 31. & pas in alijs in locis. Apud Profanos consule Stuecium, Robinum, Dempf. & Iult. Lippium. Unde Alapide hic: Erat enim hac dies benedictionis filij fausta, lata, & solennis, ac proinde lecto & iucundo epulo celebranda. Eadem Lippomanus in Caten.

Ultima Expositio. Ut pro Postquam. Cicero. Tacit.

25 Ut comedam. Occurrit, ni fallor, genuina intelligentia Tautologiae. Ut non semper coniunctio causativa est: signat aliquando tempus, quare idem significat, ac Postquam. Cicero pro Milon. inquit: Ut contempsit, ut pro nihilo putavit. Hoc est, postquam contempsit &c. Tacitus lib. 16. Annal. cap. 29. Marcellus ut (postquam) erat torvus & minax, voce, cultu, oculis &c. idem lib. 3. cap. 1. sed totum amplexus est, Hist. lib. 13. cap. ult. dicens: Postquam nihil hostile metuebatur, ad duces partium profectum, & Caesarem consalutatum, miles frequens utque (postquam) erat in armis, in paternos penates deduxit. Ovidius lib. 3. Trist. Eleg. 5.

Ovid.

Ut cecidi, cunctique meam fugere ruinas, Versaque amicitia torga dedere mea.

Virg.

Virgilius Bucolicor. Eclog. 8. v. 41. & lib. 2. Aeneid. v. 561. Ut vidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Ut regem aquarum crudeli vulnere vidi, Vitam exhalantem.

Plaut. 4. Reg. Iob. Parentes filio: benedicebant moribundi.

Plautus in Amphitruon. Act. 1. Scen. 1. v. 70. Ut iacui exurgo. Nimirum, postquam. Ita crebro apud Poetas. Etiam in Scriptura Ut adverbium est temporis. 4. Reg. 10. 2. Statim ut acceperitis litteras has, &c. Ut, idest postquam Iob 5. 27. Ecce hoc, ut investi gavinus, ita est. Similiter in praesenti testimonio Ut explicandum, quatenus sensus sit: Fac cibos, ut (postquam) comedam? benedicat tibi anima mea: uti accidit praecipue fratre benedictionem. Utus benedictionis filiorum, vel subditorum ante mortem patris vel Principis patet ex Isaac, Iacob, Moyses, Iosue, David, & alijs.

Varietas lectionis.

26 Ferè idem significat Interpretes in Lectionum varietate. Fac cibos, ut comedam. Alapid. Præpara. Rabb. Ionathas: Fac cibos conditos, ut comedam. Petr. Fac mihi cibos, ut comedam. Arias Montan. Fac mihi cibos delectabiles. Septuag. Fac mihi escas. Chald. Fac mihi edulia. Varabl. Ferula. Oleast. Fac mihi quid sapidum. Alapid. Gustamenta ut comedam. Alij, Ut vivam.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus in SWL

- 1. Fac cibos ut comedam. Aptè. Tendit in subsidium necessitatis, & refugit fomitem ostentationis: igitur luxus de cibis satagit non in escam, sed in pompam.
- 2. Fac. Præpara: alius designat sacramentum apparatus in huiusmodi convivium: igitur panis parum prodest Eucharistia, sine cordis suscepturi præparatione.
- 3. Fac cibos ut comedam: quippe panis Eucharistia est cibus in medicinam.
- 4. Cibos ut comedam. Per comestione effe-

- ctus, in cibo cognoscitur an fuerit cibus.
- 5. Cibos ut comedam: etenim cibus Eucharistia est in tutelam.
- 6. Cibos ut comedam. Esca designatur corporis: panis verò Eucharisticus est cibus mentis.
- 7. Cibos ut comedam: utique in Eucharistia verè cibus, sed cibi sunt species, & aliud corpus.
- 8. Cibos ut comedam. Bene, si ab amico: quippe & inimico gratia, non cibus porrigitur, sed venena.

DIDASCALIA PRIMA.

Ingens mali pompa est.

Ecce: Ex vanitate pompa ignominiosa

It Stoicus Nost. Epist. 14. Alii qui ex Criticis: Ingens malum pompa est. Si pompa ostentatio est, nullum interest discrimen: quandoquidem

ignominiosa pompa, quæ mali tantum præ se fert ostentationem. Dicitur saepe nova pompa morti. Canit idem in Oedip. Act. 1. v. 126. igitur Id; factu,

Luxu mori divitiarum Genes. 27. 7.

ferula habet fastus ad pompam & nimia escam.

Inferuntio fastuosa.

Maxima femina rum.

Quid ex mutus salutatione illarunt

Ratiocinis pro autitione.

fastu, & ostentationis intuitu, novâ pompâ & nova infania moriturum aditum immortalia patrimonium. Fac cibos ut comedam: dixit Isaac primogenito Esau. Ad quid, dices, ly Comedam, si signat escam? Udemonstret, tab hominibus tenendam moderationem, & quam relegare oportet, superfluitatem: etenim plures, cibos non sumunt famelici in escam, sed ad pompam: non ut comedant, sed ut alij videant: nequaquam in stomachum, sed in fastus apparatus, clamante, ventriculo, quod oculus circumstantium comedat, à quo stomachus icunat. Ingens mali pompa est, & ingens malum: siquidem sollicitatur quod alatu, pompâ, qui debet esse.

2 In huiusmodi argumento supervacua sanè religio, igitur sufficit conditionis ratio. Sufficit hominis vel levis intelligentia, ne in malum foreat infania: etenim si amentia movet in compassionem intellectum, isthæc quia voluntaria concitat solutissime ritum. Ex his quæ sæpe vidi in Curia, obumbranda est compassionis, & phrenitidis forma. Invenitur utquequaque Familia, quin præ infopia noscat panem, quæ quidem pridem vel ferula habuit in ostentationem, & modò nec sunt carbones, ubi abundabant thesauri; quapropter necesse est, quod in tret frugalitas, ubi fastus & luxus liguriverunt divitias, & vivat parè, qui quis florebat angustè. Necessaria est moderatio, & non indulgere genio; quippe ubi superflua pascunt luxum, tandem tandem deficit necessarium. Heu! Malæ consuetudini non est consilium. Erunt pro vanitatis blandimine sumptus, licet evanuerint census; quippe est ab arca relegaverit divitias, minime à cerebro exulavit fora vanitas: & modò sic ostentationis pompa, quid quod pereat miserabilis vita?

3 Quæ non impenduntur in salutatione amicarum? Decor vestis, nova inventio de foeminarum quisquillis, cultus capitis, ornamentum conclavis, cupiditæ ex omni genere ligurituribus, meditatit pro palati diversitate dulcoribus, officia plena, adulatione imbura, atque ornata fallacia, expensis sumptibus in antecencio, quibus degere sine egestate toto poterat anno. Quid si servus superfluitatem vel gestu prudenter reprimit? Domum totam vocibus implet. Unde hoc? si responder: Excusat unad exiverit, dicit. Nihil patet ad manum. Celatum oppigneretur argentum. lam pridem factum est. Queratur, quin queratur unde sit. Es alienum? Ratiocinatio illustris! qui magis gravatur, magis Tom. II. Taut.

levis. Es alienum non quem gravat, gravat, sed qui commodat. Bis milies & quingentes HS. erat summa aris alieni quæ gravatus Caesar, & oportebat sibi esse, ut nihil haberet: ait Aldus Manutius in Theaur. Critic. Tom. 4. cap. 8. de Quæstis per epistolam. Quid hoc? Parum habet in saculo dignitatis, qui non habet creditores. Es alienum non est gravatus, sed maiesis. Tria ferula non latet? Quid impudico? Sum Augustus dominus orbis, ut mensa trinis tantum ornatur ferculis? Refert Suetonio cap. 74. Familia periens? Quid inde? Degat baud aliter quam bucsque degit. Hoc licet videatur luxus, est auctoritas generis, quam conservare oportet, & decor conditionis, in qua ræ Domini generosè collocavit. Absit, quod extracius voluntatem dicinam, quid vel cogitem vel faciam. O cæca progenies! Haud crederem, lector, ni sæpe audissem. Incurabilis est huiusmodi amentia, & quia volitæ, & quia non cognoscitur stultissima infania. Deus Optim. Max. subtrahit copiam, ut oculos aperiant; sed amplioem cogitare excitatem, videntes in respicientiam lumen. Nullo modo concludere possunt animum radij rationis, cui intellectum non præstant tormenta necessitatis. Species rustica fastui contrahit molimina luxus: in quibus ratio ita cæca, ut nihil cogitet, nisi quo gaudet phantasia.

4 Prætermiserunt meditante quatuor Evangelistæ, quod pertulit Christus tormentum, dum fixus cruci. Ars fuit ministrorum malitiosa, ut crederet in patiente gravior pœna. Terebrarunt lignum crucis, mensi prius habituine corporis; ar non iuxta brachiorum habituine, sed iuxta imaginationis dimensionem: quare ut sinistræ manus; fixa dextera, pervenire possit interebra signum, necesse fuit nervis diruptis ab humero avelli brachium. Crucifixæ erunt eum, meritoque subdicetur crucifixionis modus; quippe clarè patebat ministrorum excessus. In manu significatur potestas: in terebello vanitas. Hinc Hispanicè, ventosum caput, aut arrogans cerebrum vanum dicitur Phantasia, vel Barreno, Hiccine excessus ministrorum, quod non ad mensuram; sed usque ad terebram vanitatis extendissent manum. Mensurari, par erat, vanitatem auctoritatis, iuxta extensionem commensurationis (idest sumptus splendoris domus, iuxta census; non sumptuosus: igitur præst superpetunt copie, sunt expendende) nequaquam iuxta mensuram phantasia, quippe esset mensura re- 3yy 2 124

Es alle: num iudicatur a nobilibus maiesis; non gravitas.

Incurabili huiusmodi infania

Nil cogit: præter insipientiam.

Hominis obvanitate est tormentum

Luc. 21. 33.

Es de illa satagunt, est tormentum